



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Totius Tractatus De S. Matrimonij  
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

**Sánchez, Tomás**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

35. Custodes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41559**

copulam ante scientiam haberi, & post scientiam dari fidem, aut matrimonium de facto iniri. Quarta est, ut promissio matrimonij sit externa, quamvis ficta sit, fictione non apparente exterius, & quamvis promissio sit conditionalis, nisi conditio sit de præterito, aut de præsentis, & nec conditio extiterit, nec extet. Quinta, ut promissio ab altero acceptata sit, quamvis non repromittat. Taciturnitas autem eius, cui promissio fit, absq; alio acceptationis signo, nunquam sufficit ad hoc impedimentum incurrendum. Sexta, ut prius matrimoniū validum fuerit, quamvis non sit consummatum, & dissolutum quoad thorum per diuorrium, *lib. 7. tota disp. 79.*

*Curialis.*

1 Curialis, Solicitator, aut Scriptor, qui, ut facilius dispensationem impetret, mutat narrationis substantiam, non manet excommunicatus per motum proprium Pij V. sed incurrit pœnas falsarij, *lib. 8. disp. 21. nu. 58.*

*Custodes.*

1 Custodes nemorum se abscondentes, ut transcentes liberè ingrediantur, & soluant pœnam, peccant mortaliter. Secus, si abscondantur, ut possint eos deprehendere semel, ut sic caueant in futurum illuc redire, *lib. 10. disputat. 12.*

*num. 52.*